

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis


Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

XCV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

ciam possessionum predictarum, vocabula quedam propriis & cunctis non minibus duximus exprimenda. Castrum videlicet Tagisburg, castrum Girbaden, castrum Bernstein, castrum Egensheim cum omni jure & pertinentiis universis. Acta sunt haec anno millesimo ducentesimo vigesimo sexto, quarto nonas Novembris.



XCV.

SENTENTIA DEFINITIVA PER SIGEBERTUM COMITEM DE WERDA ET HENRICUM EIUS FILIUM LATA,
QUOD HAEREDITAS DE QUA INTER HERMANNUM ET
HENRICUM MARCHIOMES BADENSES, NEC NON DUCEM
BRABANTIAE CONTENTIO ORIEBATUR AD IPSOS MAR-
CHIONES PER OBITUM COMITISSAE DE DAGSPURG SO-
RORIS EORUNDEM DE JURE SIT DEVOLUTA, QUAM
QUIDEM HAEREDITATEM MARCHIONES PRAEFATI
BERTOLDO EPISCOPO AC ECCLESIAE ARGEN-
TINENSI DONAVERUNT.

A N N O M C C X X V L

Ex archivo maioris Capituli Argent. ap. Laguille l.c. p.34.

SIGEBERTUS Dei gratia, Comes de Werde & Henricus filius ejus
Comites Alsatiae, omnibus hanc paginam inspecturis salutem in
perpetuum. Noverint universi praesentes & futuri qualiter nobilibus vi-
ris Hermanno & Henrico Marchionibus de Baden, coram nobis in judicio

Y 3

publicè constitutis super hæreditate quadam filiæ fororis eorundem, Comitissæ videlicet de Dagsburg, quam ad se hæreditario jure devolutam affirmabant, cum instantia sibi justitiam petiverunt exhiberi, afferentes quemadmodum & verum esse constat in præsentia Regis & Principum in solenni Curia Wurmatiensi, ejusdem hæreditatis quæstione coram eisdem cum adversario Duce videlicet Brabantiaæ, in judicium legitimè deducta sit per Principes dictos, fententiatum fuisse, & universi qui se aliquid juris habere contenderent in hæreditate memorata coram illo Comite in cuius Comitia esset hæreditas ipsa sita, deberent ad invicem experiri. Nos igitur qui secundum jus terræque nostræ consuetudinem antiquam & approbatam præfatos Marchiones totius hæreditatis supradictæ veros solos & proprios hæredes invenimus, ipsam eis per fententiam definitivam, fine contradictione qualibet adjudicavimus universam & fententia solemniter lata Nobiles supradicti totam hæreditatem eandam cum omni jure & pertinentiis ejusdem, Venerabili Domino nostro Bertholdo Argentinensi Episcopo, & Ecclesiæ suæ liberè ac donatione perpetua contulerunt ibidem. Acta sunt hæc anno Domini M C C X X VI mense Decembri juxta villam Holtzheim, præsentibus iis Reinhardo Præposito, Ulrico Scolastico, Arnoldo Camerario, Canonis Argentinensibus, Henrico & Ludovico fratribus de Lichtenberg, Burkardo de Gerolzek, Ottone de Ochsenstein, Alberto & Burkardo Beeronibus, & aliis quam pluribus.